

KONKORDÁT WORMSKÝ, 1122

Citace textu:

Edice originálního textu: WEILAND, *Monumenta Germaniae Historica, Constitutiones, I*, 159-160.

Původ českého překladu: TP

Poznámky: MINNINGER, *Von Clermont zum Wormser Konkordat* (s rozsáhlou bibliografií do r. 1977).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Heinricus, Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore Dei et Sanctae Romanae Ecclesiae et domini papae Calixti et pro remedio animae meae dimitto Deo et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo Sanctaeque Catholicae Ecclesiae omnem investituram per anulum et baculum et concedo in omnibus ecclesiis, quae in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem ac liberam consecrationem.

Possessiones et regalia beati Petri, quae a principio huius discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem Sanctae Romanae Ecclesiae restituo; quae autem non habeo, ut restituantur fideliter iuvabo.

Possessiones etiam aliarum omnium ecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, quae in terra ista amissae sunt, consilio principum vel iusticia quae habeo reddam; quae non habeo, ut redantur fideliter iuvabo.

Et do veram pacem domino papae Calixto Sanctaeque Romanae Ecclesiae et omnibus, qui in parte ipsius sunt vel fuerunt; et in quibus Sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo et, de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam iusticiam.

Haec omnia acta sunt consensu e consilio principum, quorum nomina subscripta sunt:

Adalbertus archiepiscopus Mogontinus,

F. Coloniensis archiepiscopus,

H. Ratisbonensis episcopus,

O. Bauenbergensis episcopus,

B. Spirensis episcopus,

H. Augustensis,

G. Traiectensis,

Ö. Constanciensis,

E. abbas Wldensis,

Heinricus dux,

Fridericus dux,

S. dux,

Pertolfus dux,

marchio Teipoldus,

marchio Engelbertus,

Godefridus palatinus,

Otto palatinus comes,

Beringarius comes.

(SR) EGO FRIDERICUS COLONIENSIS ARCHIEPISCOPUS ET ARCHICANCELLARIUS RECOGNOVI

Ve jménu svaté a nerozdílné Trojice. Já Jindřich, z Boží milosti císař římský rozmnožitel říše, z lásky k Bohu a ke svaté církvi římské i k panu papeži Kalixtovi a pro spásu mé duše dávám Bohu a svatým Božím apoštolům Petru a Pavlovi i svaté katolické církvi veškerou investuru prostřednictvím prstenu a berly a ustanovuji, že ve všech církvích, které se nacházejí v mém království nebo císařství, mohou být vykonávány kanonické volby a svobodné konsekrace.

Vlastnictví a práva blaženého Petra, které mu byly odňaty od počátku tohoto sporu dodnes, tedy od doby mého otce k době mé, pokud je vlastním, vrátím je Svaté Církvi Římské; pokud naopak nejsou v mém vlastnictví, postarám se, aby byly navraceny.

Také majetky všech dalších církví, knížat i dalších osob, jak laiků, tak kleriků, které v této válce byly odňaty, pokud je vlastním, na radu knížat nebo kvůli smyslu pro spravedlnost navrátím; u těch, které nevlastním, se zasadím o jejich vrácení.

Dávám opravdový mír papeži Kalixtovi, Svaté Římské Církvi a všem, kdo jsou nebo budou na jeho straně. Věrně pomohu v okolnostech, díky nimž bude po mně Svatá římská církev žádat pomoc a v těch, o něž mne požádá, učiním, čeho si povinná spravedlnost žádá.

Toto všechno bylo učiněno se souhlasem a na radu knížat, jejichž jména následují:

Adalbert, arcibiskup mohučský

F. arcibiskup kolínský

H. biskup řezenský

O. biskup bamberský

B. biskup špýrský

H. z Augsburgu

G. z Utrechtu

O. z Kostnice

E. opat z Fuldy

Jindřich vévoda

Fridrich vévoda

S. vévoda

Pertolf vévoda

markrabě Děpold

markrabě Engelbert

Gottfrid palatin

Otto palatin hrabě

Berengar hrabě

JÁ FRIDRICH KOLÍNSKÝ ARCIBISKUP A ARCIBISKUP JSEM OVĚŘIL